

CAPVT V.

TITVLI VIRORVM DIGNITATIS EQVESTRIS.

1313 diis manibus | Sex. Gavi Sex. f. | Proculi | vix. an. XVI, | equo publico | transvectus est.

Montefiascone (XI 5024 semel iterumve descripta saec. XVI).

1314 C. Pompeius C. f. Ter. | Proculus | trib. mil. leg. XVIII¹, | praefectus fabrum, | sevir centur. equit.², | hic sepultus est.

Romae (VI 5530 vidit Henzen). — 1) Legio decima octava periit cum Varo; titulus est igitur aetatis Augusti. — 2) Sevir centuriarum equitum.

1315 Q. Rupilio Q. filio | Pap. Honorato | in equestres | turnas adlecto a divo Alexan|dro, flamini p p.¹, | L. Popilius Sa|turninus | patrono in|comparabali.

Mactari in provincia Africa (VIII 627 vidit Wilmanns). — 1) Perpetuo.

1316 Ti. Claudio | Ti. filio Pal. | Secundino | an. nat. IX m. IX | d. XXIX, equo pub., | f. dulcissimo, | Flavia Irene | mater.

Romae ad viam Appiam rep. (VI 1605 vidit Henzen).

1317 d. m. | Annio Iuliano | eq. R., q. v. annis III | m. VIII h. VIII, | Falcidius Vic|tor pater fillio fecit.

Romae (Bull. com. 1885 p. 167, 1886 p. 414).

1318 M. Valerio M. f. Pal. | Amerimniano, | vixit annis XVII mensib. | VIII diebus duobus hor. X, | M. Valerius M. f. | Amerimnus | pater in|felicissimus | filio sanctissimo et pientissimo fecit; | natus eques Romanus in vico Iugario.¹

Romae (VI 1652 descr. Smetius). — 1) Significari Amerimnianum equitem Roma|num fuisse et natum in vico Iugario putat Mommsen (cf. Staatsr. III p. 500 not. 5).

1319 C. Hadius Ventrio | eques natus Romanus inter | beta et brassica.

Pompeii, scariphatum in pariete domus cuiusdam (Bull. dell' inst. 1878 p. 190). — Scriptum hoc, ut multa huius generis Pompeii, ad irridendum aliquem; et Ven|trionis nomen aperte est ridiculum, item nomen vici ubi natus esse dicitur Ventrio.
